

De liber constructionis monasterii ad s. Blasium.

83

usque ad illud tempus nominati erant fratres ad Albam [fol. 3^a]. — (18.)* Erat autem adhuc locus ignotus provinciis circumiacentibus, unde mittebat [scil. pater] eos, qui validiores erant, ad necessaria comportanda, non tantum inedia compulsus, sed, ut reor, divinâ voluntate disponente, ne tantae sanctitatis locus, et tantarum personarum sanctitas lateret, sed hominibus innolesceret, ut exemplo eorum quam plures attraherentur, et animarentur ad sanctae vitae propositum; quod etiam evenit. Comperta enim tantorum virorum sancta conversatione ab universis provinciis quam plures supervenire loco illi, ut instructi ab ipsis fratribus effugere possent saeculum et militare cum ipsis Christo domino. Christus enim noluit, ut lumen tantae bonitatis sub modio lateret, sed super candelabrum positum omnibus luceret**.

12. (19) Venerabilis igitur pater secutus exemplum Christi, qui binos et binos mittebat in civitates***, in villas, in oppida, ut omnibus evangelizarent regnum dei, ut inexcusabiles essent, (20) † sic et ipse mittebat cotidie ad opera manuum, attendens illud psalmistae ††: „opera manuum tuarum, quia manducabis, beatus es, et bene tibi erit.“ Et illud Pauli †††: „qui non laborat, nec manducet.“

(21)*† Adunatâ igitur multâ turbâ fratrum ex diversis provinciis, quarum provinciarum dulcis rumor sanctitatis loci illius habitatoribus innotuerat, communi

ergo fratrum deliberatione coeperunt (22) aedificare domum habitationis ligneam¹ cum mansiunculis, id est cellulis, ut necessitas fratrum expetebat, secundum dictum Christi*: „in domo patris mei habitationes multae sunt.“ Aedificabant autem domum istam in loco, ubi nunc** sita habetur ecclesia sancti Stephani, et erant obediens suo patri in omnibus, sicut Christo. Erant etiam erga se unusquisque erga alium magnanimi fraternâ fide in nullo errantes, conglutinata² charitate devincti, ut erant beati apostoli. Erant enim eis omnia communia, et nemo quidquam sibi vendicabat, sed omnia stabant in arbitrio patris, quem sibi elegerant, qui habita dividebat unicuique prout opus erat. Erant enim sancti fratres illi assidui in omni operatione virtutum, ordinantes sibi tempus secundum ordinationem beatorum apostolorum.

13. (23)*** Octo enim horis operi dei insistebant, scilicet orationi vacantes ac studio instantes [fol. 3^b]. Erant etiam octo horis instantes operi manuum, unusquisque perficiens opus sibi iniunctum. Item octo horis requiei corporis indulgere, prout necessitas corporis expetebat, et sic diem et noctem cotidie peregere, quae, scilicet dies et nox, faciunt viginti quatuor horas.

(24.) Festivis autem diebus octo horas, quibus instabant operi manuum, ordinaverunt orationi et studio et sic feriatis diebus sedecim horis insudabant orationi et studio, et hoc cum domi manebant. Si autem aliqua

et eorum habitatio Cella-Alba dicta fuit, ut ex eodem auctore discimus: „fratres, inquit, de Cella s. Blasii, quae antea vocabatur Alba etc.“ Herrgott hätte als Analogieen die ältesten Benennungen der Klöster von St. Ulrich, Schültern und Einsiedeln: Villmari-Cella, Offonis-Cella und Meinradi cella noch anzuführen und bemerken können, daß St. Blasien im 10. Jahrh. Regimberti cella hieß. S. Bb. 3 S. 598.

* Handnote: „Locus ignotus.“ Si jam a primis tribus Christi saeculis locus ille ab eremitis inhabitatus fuisset, non potuisset non esse notus vicinioribus saltem accolis, siquidem „inedia compulsi“ fuissent loca frequentiora victus comparandi gratia adire. Hier hat Herrgott das Wort ignotus mißverstanden, denn die Stelle ist aus dem rotulus defunctorum (f. Band 3 S. 599) abgeschrieben: unde et prius ignotus claruit iste locus (1108), wo ignotus „unbeachtet“ bedeutet.

** Marc. 4, 21.

*** Luc. 10, 1.

† Auf dem Haupte: labor manualis.

†† Psalm 127, 2.

††† II. Thess. 3, 10.

*† Handnote: Crevit fratrum numerus: hinc domum ex lignis constructam variis cellulis distinctam. Voraus geht von der Hand des P. Günther Meyer, aber von Herrgott oder Wilsberg ausgeschrieben: „Prima nostri coenobii structura.“ Vielleicht war dies im Originale die Ueberschrift des Capitels.

¹ ligneam, §f. ² conglutinâ, §f.

* Joh. 14, 2.

** Die ecclesia s. Stephani hat nach dem rotulus defunctorum Abt Giselbert 1068—1086 gebaut. Unter den 1322 abgebrannten Gebäuden wird diese Kirche nicht genannt. Der Verfasser hat mithin jene Kirche gemeint und wiederholt es unten Cap. 20 (50).

*** Handnote Herrgotts: Modus in opere divino, labore manuali et nocturna quiete ab ipsis servatus. — Consonat huic temporum ordini distributio, quam hodieque observant eremitae in monte Calvariae prope Surenam oppidum, duabus fere leucis Parisiis distans, quos 1725 ipsemet adii. Patrem habent, qui tamen sacerdos non est, labore manuum vivunt, excolunt hortum et vineam, tibialia consciant, eaque Parisiis vendunt. Vestes eis sunt coloris albi cum capitiis, statuta habent propria, a cardinali, ni fallor, aut certo ecclesiae Gallicanae episcopo approbata. Haec in confirmatione et illustratione eorum, quae a nostro relata sunt, hic annotanda esse duxi. Hieraus läßt sich entnehmen, wann diese Schrift in St. Blasien bearbeitet wurde. Die Noten Herrgotts sind zwischen 1725—55, in welchem Jahre Wilsberg starb, verfaßt. Wilsberg wurde erst 1720 Priester und starb 1755, hat also auch wohl erst um 1730 daran gearbeitet. Gleich alt ist die Abschrift des P. Günther Meyer, der wie Wilsberg 1695 geboren mit diesem 1720 Priester wurde und ebenfalls 1755 starb.

11*